226

O


25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Kw 549
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

~~Geog. 577.~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

SVMMI BOTANICI
CAROLI CLVSI
GALLIAE BELGICAE
COROGRAPHICA
DESCRIPTIO POSTHVMA

Edita ex Muſeo

IOACHIMI MORSI.



LVGD. BATAV.

Typis Iacobi Marci,

cIↃ IↃ c XIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'S HAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Viro Clariſsimo atque Eruditiſsimo,

DN: IOACHIMO MORSIO

Ex Batavia abiturienti,

QUem facies, ætas, facundæ oracula linguæ,
Pectus & excelſæ mentis ab arte capax
Et genus, & mores, & priſci notio ſecli,
Et quidquid vatum pagina docta tenet,
Condecorant; Hamburgenſis lux inclyta terræ,
Et nullis MORSI *ſat celebrande modis:*
Quò fugis? & Batavam tellurē deſeris, in quâ
Debueras voto conſenuiſſe meo?
Sat tibi terrarū viſum eſt, ſatis æquoris, hîc te
Currendi ſatias prendat, & alma quies.
Si tamen invito migrare intendis amico,
Et votis obſtant fata maligna pijs:
Saltem corporibus diſiunctis nupera durent
Fœdera, & abſenteis pullulet inter amor.
Vive memor noſtri, faveat ſors candida ceptis,
Sive ſolum peragres corpore, ſive ſalum.

Amicitiæ ſacrum ponebat

CORNELIVS BVSIVS I.V.D.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Per illuſtri ac Magnifico
Viro,

DN: IACOBO A DYCK,

Sereniſſimi Suecorum Regis
Legato celeberrimo

IOACHIMVS MORSIVS
S. P. D.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Per illuſtris ac Magnifice
Heros,

MErcurius Iovis qui nuncius perhibetur nunquam æquè patri
Suo nuncium lepidum attulit,

quam mihi Hagâ-Comitis ad nos rediens, PETRVS SCRIVERIVS noſter, vir Muſarum bono ad virtutis patrocinium natus, honorifici tui de ſtudijs meis judicij, benevolique animi relatione, nunciavit. Si cui mortalium enim me, meaque cuncta, ſolide probare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

deſidero, tu ille es. Cuius lectiſsimo ingenio vix par, ſuperius certe ullum

--- nulla refert antiquis pagina libris.
Nec Latiæ cecinere tubæ, nec Græca vetuſtas.

O felicem & terque quaterque beatum, Regem GVSTAVVM tuum, ac vel hoc ſolo nomine apud poſteros commendandum, ſi ceteræ ipſi laudes, quibus ſupra omnem invidiam abundat, deeſſent, quod Regnum ſuum in tuam,

tuęque

tuæque raræ prudentię cultorum ac amicorum Heinsi & Rutgersi ętatem inciderit. At me infelicem infauſtoque ſidere natum, cui modis tibi obligato plurimis publico privatoque nomine, neutiquam referre gratiam liceat. Maiora enim merita tua cunctis laudibus, quę infanti meo ſtylo deterere ambitionis eſſet, à qua natura & inſtitutione maiorum, vitæque profeſſione ſemper abhorrui. Ne vero æter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

num ingratus videar, grates tibi mea vice, vel ſola debiti ingenua profeſſione Corographia hæc Galliæ Belgicę eruditiſſimi CAROLI CLVSI reponet. quam nobiliſſimus eius nepos, Botanicus egregius, IACOBVS, magno optimorum quorumvis deſiderio Academiá hanc noſtram deſerens, patriam relegens, mihi reliquit. Cuius itineri laudabili proſperum ſucceſſum toto pectore voveo, medullitus optans, ut

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

cum eo in natali ſolo, quem nunc non poſſum pectore, mente ſequor, olim *vita mihi flores viridantes inter & herbas* iucūdiſſima, in liberaliſsimis innocuiſque occupationibus otioſis, procul amaris litibus & turbidis curis tranſmittatur. Comitatis tuæ erit nun cupationem meam cum pudore plurimum habentem amoris, arrogantię nihil, excuſare, meique in favore cepto conſtanter pergere, qui pro tuorum ho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

nore recuſo nullos lybicos tolerare labores

Sarmaticoſve pati medio ſub frigore
coros
--- prote quaſcunque per oras
Ibimus, & nulla ſub tempeſtate
timentes
Solſtitio Meroen, bruma tentabimus
Iſtrum.

Vale ſeculi noſtri decus, & me porrò affectu tuo orna. Dab. properè Lugd. Bat. exeunte Aug. An: æræ Chriſtianæ M D C XIX.

Magne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

M Agne vir ingenio, MORSI, *pulcherrime* MORSI
Et literis & moribus elegantibus.
Quando erit auguſti ut templum ingrediaris Honoris
AEdem per inclutæ virtutis arduam?
Ne differ te longius: eſt tibi texta corona
Ater tribus Muſis tribuſque gratiis:
Interea tibi Symbolon hoc IOACHIME *relinquo,*
IN LITERIS NI VIVEREM, NON VIVEREM.

RODOLPHVS GOCLENIVS SENIOR Philoſopiæ Anteceſſor primarius in Academia Marpurgenſi faciebam Dordraci in gratiam eximii Philologi, Polyhiſtoris & Philoſophi &c. DN: IOACHIMI MORSI Anno Servatoris MDCXIX. Menſe Maio, ingreſſus annum ætatis ſeptuageſimum tertium,

Nunc meditans mortem, quæ veræ ianua vitæ eſt.

AD

A D

DN: IOACHIMVM MORSIVM

Generis eruditionis & virtutis nobilitate præſtantiſſimum,

OMnia fallaci filo mortalia pendent,
Aſt virtus ſola eſt firma tenaxq́ ſibi.
Virtus perpetuo conſtat, turpiſque repulſæ
Neſcia, nec cœli ſidera celſa negat.
Rore lavans puro mentem, crineſq́ ſolutos,
Caſtaliæ MORSI, *portio animi proprij:*
Te te quis dubitet, teſtari hoc poſſe, niſi oeſtro
Percitus invidiæ, & toxica lingua neget:
Famã hanc conſtantẽ de te ſpargunt, referuntq́
Theiologum linguæ, neſcio ubi non, celebres,
Magnorum *Iuriſconſultorum,* Medicinæ,
Atque virûm Sophias, ore, animo, ſolido.
Vir MORSI *es proprium bibat invida lingua venenum,*
Muſa tibi cordi eſt, fama, decuſq́ probum.
Provehat hanc MORSI *famã, nomenq́ decoris*
In maius porrò, & ſecula longa Deus.
MORSI *heros, quoquo veſcêris munere terræ,*
Horum quæſo memor ſis, memor atque mei.

M. PETRVS PECHLIN SS. Theol. Cand.
amoris & honoris cauſa ſcrib.

AD EVNDEM

HERMANNVS MESANDER

ECCLESIASTES NORDANVS FRISIVS, P.L.

COeli MORSIADE *Cimbri pernobile ſidus,*
Sol quondam reducem cum rata fata volunt,
Et rata fata velint. Sis Gallos, ſive Britannos,
Inter & Hiſperidas, inter & Auſonidas
Præſidio fœlix Iovæ, Sophieſque favore,
Suſpiciens magnos, ſuſpiciare viris,
Quæque latent indigna premi, ſed digna referri,
Erue Philoſopho momina dia choro,
Te prece concomitor, quod virtus iſta requirit,
Quod decor Euſebies, Evepieſque iubent,
Quod caudor tuus iſte iubet, ſpectabilis omni,
O ſopbiæ myſtis, ô decus omne tuis!

ALIVD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

ALIVD

PETRI BAARDT P.L. ET MEDIC. DOCT.

NAE tu IOACHIME ſeculo natus bono,
Muſis faventibus, ſpeiq; maxumæ,
Namque ex amuſsi limitas tecum diu,
Quod nullus otio triumphus venditur:
Arcana Roſeo Numini ſcientia,
Dicata ſoli, & nullius conſors rogi,
Cenſes labore comparata, & viribus
Adepta quod ſit, ſana, quæ ſanæ indolis
Opinio, adde: nec ſine invidentia.
Sed miror omnes, quotquot eſtis invidi,
Furor quis urgeat tyrannicum iecur,
Digniſsimis quibuſque denegare, quod
Venum laboribus iuventuti pijs
Exſtat. non eſt profectò, quiſquam ut hoc putet,
Ulli brabeia militum victoriæ,
Sponte, aut ſupinus dum quieſcit molliter
Quod parta ſint. numquam voluptatem otij
Laudiſque præmium, aſsequi poſſes ſimul:
Nam laude qui frui velit per otium
Tanquam miſer deluditur miris modis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Typographus L. B. S.

OB crebram, Domini editoris abſentiam & negotiorum varietatem, L.B. libellum hunc elegantiſſimum nonnulli occuparunt errores Typographici, quos emendabis, & ſi quid apud te fuerit Cluſianum nobiſcum communicabis. Brevi enim, faventibus ſuperis, reliqua eius poſthuma ſcripta tibi dabimus. Vale feliciter.

Pag. 1. l. 1. pro Gælliæ, leg. Galliæ, p. 3. l. 24. pro indicio, iudicio, p. 5. l. 23. pro Arducoma, Arduenna. p. 10. l. 2. pro 125. mil. 25. mil. l. 11. pro ſibi, ſoli. p. 17. l. 6. pro prævetuſto, pervetuſto, p. 48. lin. 12. pro confutari, confutavi, p. 65. l. 24. pro Colonienſi pertinens, Colonienſem pertinere. p. 63. l. 20. pro Shæram, Sphæram, in carmine Meſand. pro Hiſperidas l. Heſperidas, &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

GALLIÆ BELGICÆ CHOROGRAPHICA DESCRIPTIO.

Authore

CAROLO CLVSIO, Atreb.

REm nuper à me flagitaſti PYRCKHEIMERE doctiſſime, arduam ſane, & noſtris longè viribus imparem : nempe vt Germaniæ illius noſtræ, quam Romani Galliam Belgicam appellare maluerunt, Chorographiam tibi deſcriptam mitterem. Idque potiſſimum ob ea oppida atque provincias quę ſub Moguntiaco continentur Oceanum verſus, nimirum in ſecunda (vt olim dicebatur) Germania, in qua etiam noſtra Metropo-

lis eſt conſtituta, quæ in hunc vſque diem Romanum ſervat nomen Colonia Agrippina. Quanquam autem de rebus adeo iam antiquatis & pene neglectis, perquàm difficile ſit exactum ferre iudicium; tamen quibus potui modis ſum adnixus, vt & voluntati tuæ, & officio meo ſatisfactum eſſe iudicares. Quod ſi quando ex coniecturis magis, quàm vero iudicio egiſſe videbor, idipſum patieris mihi tecum commune eſſe. Nam cum in explicandis Ptolomæi libris annos iã aliquot conſumpſeris, arbitror ego te non paucis locis idipſum facere coactũ. Et mea quidem ſententia abſque coniecturis hoc tempore nemo res Germanicas, provt à Romanis ſcriptoribus tractatæ ſunt, adgredi poterit. Verùm non minùs hîc iudicio opus eſſe, quam in aliis quibuſcunque ambiguis, aut controverſis cauſis pronuncio, ac proinde nihil minus probo, quàm quorundam nimis curio-

ſam circa res iam veteratas obſervationem, qui ob vnius vel ſyllabæ conſonantiam, ſtatim audent ſententiam proferre, quaſi evicta ſit cauſa, cùm tota adhuc (vt dici ſolet) via aberrent.

Rogaveram nuper hortatu tuo Carthuſianum quendam apud Confluentes agentem, conterraneum meum, qui in his rebus non parva diligentia vſus eſſe dicebatur, vt mihi quædam ambigua explicaret: quod ille perquam hilari ac prompto animo annuit. Quare communi propemodum labore, tabulam quæ Germaniæ noſtræ atque etiam Galliæ ſitum complectebatur, aliquot in locis caſtigavimus, tametſi in pleriſque etiam diſſentiremus ipſi, & nonnulla quæ ille expunxerat, mihi reſtituenda viderentur, quædam non animadverſa ab illo, qualicunque indicio meo cenſerem caſtiganda: fateor tamen illum in hiſtoriarum lectione diligenter fuiſ-

ſe verſatum, atque operam ſane ſtrenuam navaſſe, qua etiam laudem à ſtudioſis & eruditis hominibus mereatur. Verùm quia tibi viſum eſt nos aliquid poſſe præſtare (quod ſcio quam exiguum ſit) volui mihi pauca ſumere, atque ea domeſtica fere, quorum plerunque notitiam habemus ampliorem, quàm qui è remotis ſcribunt locis. Quod & Ptolomæo ipſi ac aliis permultis, cum Græcis tum etiam Romanis ſcriptoribus contigiſſe perſpicuum eſt. Quot enim locis in Germania noſtra hallucinantur? Quoties integras provincias prætererierunt? vt interim de Oppidis taceam & Fluminibus. Cornel. enim Tacitus, cui ob experientiam fides maior adhiberi ſolet, ab Oceano Germanico pleraſque commemorat gentes, quæ circa Rhenum conſederint, quarum nomina nuſquam vel apud Strabonem, vel Plinium, vel Ptolomęum reperiuntur. Quaſdam Cæſar commemo-

memorat in Galliis præteritas ferè à reliquis omnibus: Obrinchum fluvium, de quo Ptolomęus fecit mentionem, tu cõiectura veriſimili contra multorum ſententiam Moſellam eſſe putaſti; in qua etiam opinione Carthuſianus noſter fuit. Quod ſi verum eſt, idem Ptolomæus Naüm celebrem fluvium videtur ignoraſſe, cuius toties fit apud Tacitum alioſque Scriptores mentio. Sin autem Ptolomæus (quæ multorum eſt opinio) Naüm ipſam, ſive Nauam (vt Tacitus vocat) Obrinchi nomine voluit deſignare, conſequitur illum ignoraſſe Moſ llam tam celebrem & famoſum, vt poſt Rhenum, vix aliud in tota Germania, aut etiam Gallia ſit flumen quod huic poſſit comparari. Nonne Cæſar errore palpabili prodidit Schaldim fluvium in Arducoma ſylva Moſæ miſceri? cum hodie Schaldis Antuerpiam civitatem præterlapſus, inter Selandiam atque Flandriam exone-

ret in mare: Moſa autem in Batavorum finibus ſive Betaſiorum, qui olim Batavis parebant, apud oppidum Tile, Vachali miſcetur, atque coniunctis fluctibus, Vachali nomen non longè ab eo loco aufert. Quæ ideo dicta volui, vt cognoſcere poſſis, non ſemper Coſmographorum aut Hiſtoricorum authoritate nitendum; ſed in pleriſque experientiam magis ſectandam eſſe magiſtram.

Germaniam autem aliter à Ptolomæo, aliter à Cæſare, atque Strabone partitam videmus. Nam quidam Germaniæ Viſtulam limitem ponunt, quidam Tanaïm, quidam Belgicam etiam totam à Germania abſtulerunt. Nobis autem Ptolomęi ac Taciti placet deſcriptio: quorum alter poſt Albim fluvium, vſque ad Mœotidas paludes Germaniam illam magnam & barbaram producit, Gothos, Baſtarnas, Gepidas, Sarmatas, Alanos, Hunnoſque comprehendens: Alter cùm Belgicam, id eſt

id eſt Ciſrhenanam Germaniam circumſcriberet, totum illum Galliæ tractum, qui à Monte Iura incipiens excurrit in Oceanum vſque Britannicum, à Gallorum iure videtur exemiſſe, cui etiam hac in parte Cæſar conſentit, quando is inter Belgas quoque connumerat Morinos, Nervios, Atrebates, Eburones. Fuiſſe autem Belgas, & Cæſaris ipſius atque Taciti ætate Germanos, ſatis indicant iſtorum monumenta, ſive perpetuo ſedes illic habuerint, ſive expulſis incolis olim hæc loca invaſerint Germani. Nam de Nerviis, Eburonibus, Treviris, Menapiis, Vbiis, Tungris, Nemetibus, Vangionibus, Helvetiis, cæteriſque Belgicæ populis, conſtat eos fuiſſe origine Germanos, quo videlicet nomine, ſi Cæſari creditur, adverſus reliquas Galliarum gentes gloriari ſoliti erant.

Primùm itaque Germaniam bifariam partiemur, in Tranſrhenanam

videlicet, & eam quæ cis Rhenũ ſita eſt. Ciſrhenana à Romanis Belgica dicitur Gallia : Hæc ſubdividitur in ſuperiorẽ ac inferiorem, hoc eſt primam ac ſecundam Germaniam. Prima ab Helvetiorum montibus incipiens, terminum habet ex authoritate Ptolomæi flumen Obrinchum. Inferior ab Obrincho incipiens in Oceano Germanico ad oſtia Rheni fluvii terminatur. Rurſus hæc à Celtica, iuxta Cæſaris quidem ſententiam, fluviis Garumna, Matrona, & Sequana ac ſaltu Vogeſo ſylvaque Arduenna diſcernitur. Quidam etiam Schaldim terminum eſſe voluerunt, inter quos, ni fallor, Ptolomæus eſt; ſed id Cæſaris atque Taciti ſententiæ adverſatur. Nunc itaque reſtat, vt gentes Belgicas ex ordine recenſeamus. Inter has igitur quatenus Rheno coniunguntur, Helvetii ſunt primi, quibus in Occidentẽ coniunguntur Hedui montem Iuraſſum incolentes. Poſt hos

Sequani, atque Rauraci, dehinc Vangiones, Tribochi, & Nemetes, quibus proximè Occidentem verſus adiacent Mediomatrices. Dehinc Treviri ſuperiorem claudunt Belgicam vſque ad Navam vel Obrinchum. Neque verò dubium eſt, tam amplam fuiſſe aliquando Trevirorum ditionem, vt trans Navam flumen ad ipſos vſque Vbiorum agros excurrerint. Poſt Treviros Vbii circa Cæſaris ætatem Rhenum primò tranſgreſſi, permittentibus Romanis, inter Treviros, Menapios, & Eburones ſedes poſuere. Memorat Tacitus ſub Vbiis Leguorum gentem, ſed exiguę ditionis, in quorum finibus Noveſium atque Geldubã Romani conſtruxerunt. Hinc Menapii tenuerunt vſque ad Betaſios, vbi Confluentes ſunt Moſæ amnis atque Vachalis, & eas quidem terras mixtim tenuere Menapii & Batavi vſque ad Oceanum. Superior Belgica latitudinem habet exiguam.

Nam vbi latiſſima eſt, vix 125. miliaribus noſtris à Celtica abeſt, idque puto apud Moguntiacum eſſe, vbi in latitudinem ferè tota Trevirorum ditio, & Mediomatricum interiacet. Nam Heduos, vt arbitror, Sequanoſque, nulla gens intermedia ſeparat. Rauracos, ſoli Sequani; Vangiones, atque Tribochos, ſoli Mediomatrices; Nemetes, Treviri atque Mediomatrices: rurſus Treviros, ſibi Mediomatrices. Inferior autem Belgica paulo plus habet latitudinis: Nam inter Vbios & Celtas, Menapii, Treviri, Eburones, Nervii, Morini, & Atrebates intermedii ſunt: inter Betaſios, Atuatici, Tungri, Eburones, Nervii & Atrebates. Sunt itaque in Superiori Belgica Mediterraneæ gentes Heduorum, Sequanorum, Mediomatricum, Trevirorum (licet & hi quoque ripam aliquando Rheni contingant.) In Inferiori autem Menapiorum, Eburonum, Atuaticorum, Tungrorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Condruſiorum, Nerviorum, Morinorum, Atrebatum. Tacitus & Marcellinus Gugernos, Calciacos, & alii alias addidere gentes, quas brevitatis cauſa nunc ſtatui omittendas eſſe, ne forte exiſtimare poſſes, me iuſtum volumen velle conſcribere: Quod, ſicut in mea non eſt facultate poſitum, ita non eſt mihi tantum ocii, vt tentare velim. *Sed ad inſtitutum revertor.* In hac Belgica noſtra Germania, Cæſar Auguſtus, per nepotes Tiberium atque Druſum, quinquaginta præſidia collocavit, conſtructis pro locorum oportunitate munitionibus, in quibus ſupra 40. milia Germanorum, qui ſeſe dediderant, conſtituit, ſicut autor eſt Suetonius atque Tacitus. His autem velut propugnatoribus vſi ſunt adverſus Germanos qui trans Rhenum habitabant. In hac etiam Germania continebantur robora Romanæ militiæ, octo videlicet Legiones lectiſſimæ, quarum quatuor, Superiorem;

aliæ

aliæ verò quatuor, Inferiorem tutabantur. Quanti autem momenti fuerit apud Romanos Belgica noſtra, ſatis atteſtantur cum C. Cęſaris commentarii, tum ſcripta Cornelii Taciti, atque Velleii Paterculi, & aliorum non parvi nominis Hiſtoriographorum. Potiſſimum autem argumentum eſto, quod tot Romani Imperatores in hac ſæpius militarint, plerique hîc Imperii ſumentes inſignia, militum ſola authoritate potentiaque ſubvecti. Antonacum oppidum Archiepiſcopi Colonien. etiamnum perdurat, nativitate Caligulæ Cæſaris, & Valentiniani ſepultura clarum, Druſum Germanicum Germaniæ hoſtem, Moguntiacum extinctum accepit, continetque etiamnum, evidenti argumento vendicatæ libertatis. M. Agrippæ Marcelli, atque Agrippinæ ſingularem favorem oſtentat etiamnum noſtra Agrippina, quemadmodum Iulii Cæſaris nomen hodie

quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

quoque perdurat in Iuliaco. De noſtris enim loqui tantummodo placet, quæ multis obſcuriora videri ſolent. Verùm hæc quia ad hiſtoriam potius ſpectant, hoc loco prætermittentes, breviter populos quoſque notiſſimos, ſimulque vrbes illorum, à Romanis ſcriptoribus ſæpius proditas, recta ſerie deſcribere, ſingulorumque ſitus, quantum fieri poteſt, oſtendere conabimur. Dabis tu modo veniam ſi pauculum extra noſtros limites fuerim divagatus. Idipſum enim in tranſcurſu, ac veluti non data opera fiet; Libet autem recto. Rheni alveo inſiſtere. Rauracos autem deſcribere ſupervacuum exiſtimo, quandoquidem hī iam omnibus notiſſimi eſſe videntur, illorum olim Metropolis Auguſta dicebatur, cuius, cum ibi eſſem ante annos fortaſſe quatuor, quidam mihi monſtravit ruinas certiſſimæ vetuſtatis indices. Ex his ipſis natam putant Baſileam. Rauracis autem ab

Occi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Occidente Sequani proximi eſſe perhibentur, in quorum hodiè locum partim ſucceſſere Burgundiones ſuperiores, partim Lotharingi, omnes proculdubio montem Iuram ſive Iuraſſum incolentes. Secundum Rhenum poſt Rauracos Tribochi conſiſtunt, ea, ni fallor, parte Germaniæ, quam hodie Alſatiam ab Alſate fluvio nuncupant, Argentoratum uſque progreſſi, habenteſque ab Occidente montem Iuraſſum vſque ad Sequanos & Mediomatrices: nunc fertiliſſima provincia, ſive ad planiciem ſpectes, ſive etiam montana illa, quæ non longè à planicie diſſita ſunt. Hic noſtro tempore nón paucæ arces atque oppidula cernuntur Rappelſtein, Kuninxberch, Celle ac alia nobis incognita. Civitates eorum Ptolomæus vocat Breucomagum & Elzebum, quorum primum, tum propter nominis quandam congruentiam, tum etiam ob ſitus deſcriptionem putarem eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Briſiacum. Nam qui Cornelium Tacitum diligenter legerit, proculdubio comperiet Rauracos, Tribochos, Vangiones, & alias præterea Belgicas gentes ab vtraque Rheni ripa terras occupaſſe, cum ipſi antea Tranſrhenani fuerint, non aliam ob cauſam Rhenum tranſgreſſi, quàm vt regni fines ampliarent. Quod ſi quis contendat Breucomagum citerioris Germaniæ oppidum fuiſſe, huic ego libenter concedam, fateborque me plane neſcire, cuinam potiſſimum loco Breucomagum adſcribam: Et in his rebus magnæ ſtultitiæ eſt, pertinaciter aſſerere quæ ignores. Conſtanter tamen in Itinerario Theodoſiano Montem Briſiacum comperio recta ſerie deſcribi inter Baſileam & Argentoratum, ſuppreſſo nomine Breucomagi; quæ res facit vt ſuſpicer tēporibus Theodoſii nomen Breucomagi commutatum in Briſiacum, quod etiam hodie perdurat. Qui Elzebum putarunt

eſſe Seleſtadium, mihi errare videntur, quod ex Geographorum authoritate Rheno adiaceat Elzebus; Ipſum igitur intercidiſſe nemo dubitare debet, quemadmodum etiam innumera alia temporum iniquitate perierunt, quorum vix modo nomina ſuperſunt. Hodie inter Baſileam & Argentoratum, vrbs eſt Rheni fluctibus & exvndatione prope diſſipata, quam vulgo Neuburg vocant, deinde Briſiacum, aliæ civitates intermediæ non ſunt: quare imaginetur quiſquis velit Elzebum atque Brencomagum, mihi mea magis arridet coniectura. Poſt Tribochos Vangiones incipiunt, gens olim Tranſrhenana: quorum præcipua civitas Argentoratum, inter Belgicas quondam civitates clariſſima, eoque clarior, quod ex ingenti clade Germanorum nomen adhuc retineat: Nam hîc, Theodoſius maior contra Barbaros divino fretus auxilio, victoriam illam celeberrimam

obti-

obtinuit, quæ etiam à Claudiano Poëta elegantiſſimis verſibus deſcripta legitur. Neque verò ſilentio hîc prætereundum eſſe arbitror, quod in Itinerario quodam prævetuſto, Argentoratum caput Germaniæ vocatum reperirem. Fuit enim alia civitas in Helvetiis Argentuaria vocata, celebris & ipſa, cuius ſitus mihi videtur extitiſſe ſupra Tigurinum, quod nunc Zurich vocant, eo propemodum loco, vbi nunc oppidum Badenſe ſuperius conſpicitur. Borbetomagus quoque in Vangionibus fuit inter Argentoratum atque Neomagum, nunc Spiram dictam. Verùm in Borbetomago variant à Ptolomæo, quæ videre potui Itineraria : Nam Ptolomæus mox poſt Argentoratum ponit, Itineraria vero poſt Neomagū. Quod ſi Ptolomęum ſequi placet, erit Borbetomagus in Vangionibus, ſin Itineraria amplecti malimus, erit in Nemetibus. Adduntur in Itinera-

riis Saletium & Tabernæ, quæ quidem oppida inter Argentoratum & Spiram fuere, vtraque nominis adhuc conſonantiam quandam retinent. Nam duo oppidula his locis etiam hodie conſpiciuntur, quorum alterum Sels, alterum Zabern vocatur, ſpectantq; antiquo iure ad Romani Imperii ditionem. Malim ego Itinerariis fidem dare quàm Ptolomæo: Nam illa ſunt per miliaria ſupputata, & ſeriem rectam demonſtrant. Præterea Imperatorum iuſſu Antonini atque Theodoſii, totius orbis itinera diligenter conſcripta, atque in ordinem redacta legimus, quibus in hac parte fides adhiberi merito poſſet, ſi non ipſa aliquando depravata eſſent. A Neomago igitur, quæ nunc Spira vocatur, miliaria plus minus vndecim ponuntur vſque ad Tabernas, à Tabernis Saletium miliaria tredecim. De horum itaque nominibus non valde mihi dubium ſedet. Eſt hodie in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Vangionum mediterraneis vrbs ſatis famoſa, quę vetuſtum adhuc gentis retinuiſſe vocabulum videtur, Vangen dicta. Ammianus quoque Marcellinus in hoc tractu ponit Concordiam, cuius nec apud Ptolomæum, nec Tacitum, neque Cæſarem mentionem fieri memini. Sunt qui Eſas Zabern, olim Hiberna Romanorum vocatum exiſtimãt. Neomagus quæ hodie Spira vocatur, Nemetum vt opinor, atque Vangionum terminus fuit; vtri verò earum gentium paruerit, certum adſerere non poſſum. Sed indubitatum eſt, hîc Nemetum ditionem habuiſſe initium. Sub hac etiam ſi Itinerariis quàm Ptolomæo credere malimus, Borbetomagus erât, quæ nunc VVormatia fabuloſo cognomento vocatur, ciuitas optimo loco ſita, vnde & fabulis locum dedit, nimirum Barbarorum olim incurſionibus ob agri fertilitatem ſæpius vexata. Theodoricum Vero-

nenſem nugantur hoc loco Gigantes occidiſſe, qui hortum roſis conſitum illic extruxerant, in quem nulli fas foret abſque capitis periculo ſubingredi. Quæ res nihil aliud quam à Gothis interfectos hic Hunnos alioſq; barbaras & crudeles nationes indicat: idq; à Theodorico illo Gothorum rege, qui Veronenſis cognominabatur, eo quod Veronam regni ſui ſedem elegiſſet. Quod autem hortum hic fabulantur fuiſſe, idipſum ſignificat VVormatiam amœniſſimo ferè totius Germaniæ loco, atque adeo in meditullio ferè ſitam eſſe. Fuit autem Atilas Hunorum rex Theodorici regis temporibus, qui devaſtatis multis provinciis, tandem etiam ad Germaniam Galliaſque anhelabat. Huic Theodoricus rex Gothorum, adiutus ab Aetio Conſule Romanorum, occurrens, ipſum de tota Gallia Germaniaq; fugavit, atque hoc eſt meo iudicio fabulæ huius μυστήριον, de

quo

quo aliàs copioſius diſſerendum, cum occaſio fuerit oblata. Eandem autem civitatem poſtea Rufinianam fuiſſe appellatam, variis modis coniicere licet. Ex ſupputatione etiam miliarium, quæ in duobus Itinerariis adiungitur, ſatis apparet eam quæ nunc VVormacia à fabuloſis vermibus, hoc eſt efferatis & crudelibus nationibus appellatur, antiquis Borbetomagum, ac ſuccedentibus temporibus Rufinianam fuiſſe nuncupatam. Quorum quidem nominum ratione differimus in alium librum, quem de veterum Germanorum vocabulis meditamur. Iam Treviri ſuccedunt, quos C. Cæſar atque Cornelius Tacitus tradiderunt reliquos ferè Galliarum populos, imperii amplitudine atque potentia ſuperaſſe. Hi itaque trans Navam flumen, quicquid circa Moguntiacum & ad Nemetes vſque terrarum fuerat, occupabant. Quare Boncovia, ſive (vt quidem codi-

ces habent) Bonconia, & Moguntiacum mihi videntur ante Cæſaris in Germanias adventum, ſub Trevirorum imperio extitiſſe. Boncovia autē fuit proculdubio, vbi nunc Oppenheim eſt, quamvis autem nominum nulla penitus congruentia ſit, tamen Itineraria ſupputant XI. miliaria Italica, quæ tria ferè conſtituunt noſtra, hoc eſt, Germanica. De mediterraneis Trevirorum oppidis, atque ipſa Metropoli, quæ poſtea Auguſta Trevirorum à Romanis dicta legitur, ſupervacaneum fuerit hîc tractare, cùm eam rē poſt Auſonium Burdegalenſem, multi etiam alij viri doctiſſimi abundè proſequuti ſint. Hoc ſolùm dicemus, Treviros ab Oriente Nemetibus, à Meridie & Occidente Mediomatricibus, à Septentrione autem Menapiis eſſe contiguos.. Secundum flumen autem Rhenum ad ipſos Vbios vſque, omnia ſub Trevirorum ditione fuerunt, quare à Moguntiaco

Agrippinam verſus deſcendendo, vſque ad Bonam, Treviros conſediſſe conſtanter auſim aſſerere. Sunt autem oppida intermedia, vel etiam pagi celebres, Bingium, ad cuius mœnia Navam Rhenus abſorbet, tametſi illius Cornel. Tacitus, vel etiam Ptolomæus aut Cæſar nullam faciat mentionem, apud authores tamen poſterioris ſeculi, & in Itinerariis ſubinde reperitur; vnde fit vt credã pleraq; oppida poſt Veſpaſianum ſub diverſis Imperatoribus vſque ad Theodoſium conſtructa fuiſſe. Quemadmodum etiam Voſavia, ſive vt aliqui Codices habent Veſavia, nunc Veſalia ſuperior appellatur. Podabrega, ſive Bodabrega vetuſtior eſt: nam, niſi fallor, illius Cęſar commeminit, hæc hodie vetuſtum propè retinuit nomen, ipſi enim oppido mons imminet qui vulgo Pedernach appellatur: hunc putant antiquis vocatum Poderam. Eum autem montem Navæ flumini

imminere, ac deinde ad Rheni ripas in Septentrionem flecti, & ſic demum procurrere vſq; ad Confluentes certiſſimum eſt. Poſt Confluentes Antunacum ſequitur, quod in quibuſdam vetuſtis libris Anturnacum maiore conſonantia linguę vernaculæ vocatum reperi. Hinc Rigomagus pagus, qui priſcum ferè nomen retinet Remagen. Nunc de Vbiis etiam aliquid dicendum reſtat, qui ſub C. Cæſare primùm in Gallias tranſgreſſi, permittentibus Romanis eo loco ſedes poſuerunt, vbi nunc Agrippina Colonia eſt, eamque cum Romanis civibus, poſtquam eſſet à Marco Agrippa primum deducta, ac deinde ab Agrippina matre Neronis aucta, mixtim inhabitarunt. His à meridie Bona civitas, à Septentrione autem Noveſium proximè adiacebant, ambo ad ipſas Rheni ripas collocata, quarum quidem altera verſus Treviros, ſupra Agrippinam fuit, altera verò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

vſque ad Menapiorum ditionem pertingebat. Quanquam autem Cornel. Tacitus Leguorum gẽtem Vbiis proximam conſtituat, atque in ea etiam Noveſium fuiſſe ſitum videatur, tamen eam ipſam propter potentiam Vbiorum atque Menapiorum, nihil propriæ ditionis habuiſſe, ſed aliorum potius imperio paruiſſe veriſimile videtur. Verùm ante Vbiorum in Gallias tranſitum, ad Trevirosne hi agri, an ad Menapios ſpectarint, pro certo affirmari non poteſt; conſtat tamen M. Agrippam, Vbios hoc loco conſtituiſſe, eisque agros diviſiſſe. In mediterraneis Occidentem verſus, proximum Agrippinæ, Tiberiacum fuit: Itineraria idipſum XI. plus minus miliaribus Italicis ab Agrippina diſtare adfirmant. Quod nunc Berchem corruptè vocari non abſurda ratione coniicio, oppidum tribus miliaribus Germanicis à Colonia diſtans. Hinc rurſus duobus milia-

ribus Iuliacum, cui à Meridie proximum eſt Marcodurum, quod noſtro quoque ſeculo Duren appellatur. Sed ad Rhenum revertamur. Poſt Noveſium Occidentem verſus quatuor à flumine miliaribus Italicis Gelduba fuit, inſigni aliquando Romanorum clade famoſa (ſic enim author eſt Corn. Tacitus) & noſtro tempore villæ aliquot eo in loco ſitæ ſunt, non longe ab arce Linnenſi, quæ ſub Archiepiſcopi Colon. ditione conſiſtit; vocatur locus ille etiam hodie Gelb. Et non modo vocabuli conſonantia, verùm etiam ruinarum certiſſimis indiciis vetuſtatem atteſtantur. Huic ad ripam Rheni proximè adiacet oppidum Colonien. dioeceſis, quod vulgo Ordingen appellant. Hoc ego inchoatum ab Ordionio Roman. duce putaverim, indeque nomen retinuiſſe, vt Ordingen etiamnum dicatur, quaſi Ordeonium. Deinde, haud magno intervallo, ſecundum fluminis

fluminis defluxum pervetuſta civitas ſita fuiſſe legitur, cui nomen Aſciburgium. Eam Tacitus à Germanis olim conſtructam perhibet, nec dubium quin à Sycambris, qui totam è regione Tranſrhenanam provinciam incolebant. Miror quoſdam graves viros & alioqui nec indoctos, nec antiquarum rerum mediocriter curioſos, in Aſciburgi deſcriptione tam craſſo errore fuiſſe detentos, vt Embricam civitatem veteribus Aſciburgum vocatam putarint, quorum error me quoque abduxerat, vt eos verum dixiſſe crederem, donec Itinerarium Theodoſianum in Spirenſi Bibliotheca, ac poſtea etiam clariſs. viri Conradi Peutingeri protonotarii Auguſtenſis civitatis aliud Itinerarium vetuſtiſſimum perluſtraſſem, vbi cum viderem conſtantiſſimè Aſciburgum inter Noveſium & Vetera Caſtra conſtitui, tandem ad Cornel. Tacitum iam antea ſæpius lectitatum confugi,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

gi, ibique comperi Aſciburgum citerioris Germaniæ oppidum eſſe; poſtremò tamen Carthuſianus ille Aſciburgi ſitum mihi ſatis evidenter aperuit. Eſt autem tribus à Noveſio miliaribus Germanicis diſtans pagus quidam, in cuius agro varia adhuc vetuſtatis indicia reperiuntur. Hic ab indigenis Aſburg etiamnum appellatur, magno ſcilicet argumento veritatis. Vidi ego Numiſmata aliquot, quæ in hoc agro paulo ante reperta fuere, & annularem gemmam Equi imaginem habentem miræ vetuſtatis. Ruſtici agrum ipſum Burgenſem vocant eo quod fama ſemper fuerit Burgum ibi fuiſſe, cuius rudera totus ille ager abſcondit. Ditio pagi ipſius ad Comitatum Morſenſem ſpectat, vnde & fratri meo nuper ex matrimonio obvenit. Habet autem idem Comitatus alia pleraque monimenta vetuſtatis. Nam haud longe ab Aſciburgo ſylva adhuc extat quæ Heſa vocatur

catur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

catur veriſimili ratione nomen ab Heſo Germanorum Deo ſortita, cuius poëta quoque Lucanus facit mentionem, & fortaſſe hæc ipſa, Deo, veterum more conſecrata fuit, Heſo, vnde etiam noſtro tempore Heſa vocatur; fuit autem is peculiaris Germanorum Deus. Sub Aſciburgo in Itinerariis Calone ponitur, quo loco iam Berick oppidum Archiepiſc. Colonienſis eſt, ipſum quidem ante quadringentos annos extructum. quapropter haud ſatis compertum habeo, an Berica in ipſis ruinis Calones conſtructa ſit, an loco fortaſſe vicino. Hinc ad VIII. miliaria Italica, Vetera Caſtra fuere, oppidum olim in Germania celebratiſſimum. Nam hîc Romanorum Imperatores frequenter hoſpitari ſoliti erant. Hoc à Iulio Cæſare primo expugnatum, deinde ab Octaviano, mole quadam in Rhenum iacta communitum Corn. Tacitus author eſt; hodie Santen appellatur,

meo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

meo ſane iudicio ob reverentiam Martyrum è Thebea legione, qui à Maximiano Cæſare hîc trucidati fuerunt ſub Duce Victore. Helena autem Conſtantini magni mater, Baſilicam hîc magnificentiſſimam conſtruxit. Quod autem in hiſtoria Martyrum ſcriptum legimus, oppidum ipſum Troiam appellatum fuiſſe, id Francorum commentum exiſtimo. Nam ab illorum aliquo hanc conſcriptam eſſe hiſtoriam pro certo crediderim. Hi cum originem ſuam ad Troianos ſemper referre niterentur, variis nugamentis eam obſcurarunt, magis quàm illuſtrarunt: Quandoquidem Sycambros eos fuiſſe multis rationibus probare poſſum. Sed quia hæc ad præſens noſtrum inſtitutum non pertinent, in aliud tempus differemus. Sub Veteribus Caſtris Coloniam Traianam, poſt C. Taciti tempora nimirum extructam, itineraria nobis prodiderunt, vrbem quidem præclari
nominis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

nominis, ſed quæ vſqueadeo deleta ſit, vt iam ne veſtigia quidem ſuperſint: quantum autem ad ſitum attinet, ſuſpicamur ipſam intra Vetera Caſtra, ſive Santen oppidum & arcem Cliven ſem poſitam fuiſſe, intermediis duobus oppidulis Gryt & & Grythouſen, quæ noſter Carthuſianus exiſtimat nomen Gentilicium à Grinibus retinuiſſe, quorum patria hîc a Tacito circumſcribitur; quemadmodum & Calcariam Clevenſe oppidum a Calciacis, qui alias Galbiaci apud eundem Tacitum vocantur. His ad orientem Gugernorum gens obiiciebatur, contermina Batavis: Nam & Batavi cis Rhenum nonnihil terrarum poſſidebant, inter Moſam videlicet atque Rhenũ, hinc vt ſuperius dixi, oppidum Gochium nomen retinere quidam exiſtimant. Situs loci ſylveſtris & incultus excurrit vſque ad Arenatios: Horum civitas Arenatium in littore Vachalis poſita, inter Coloniam Traianam

nam & Batavodurum: hæc poſtea Noviomagus ſive Neomagus dicta, vrbs quidem Imperialis, ſed per tyrannidem a Ducibus Gelriis imperio ſubtracta. Hæc etiam Regum aliquando Francorum nobilis regia fuiſſe legitur, vbi Carolus Magnus non raro ſedem Regni tenuit. Suſpicor autem Batavis hanc olim paruiſſe vnà cum gente Arenatiorum, quæ & civitati nomen dedit. Idemque quoque de Batavoduro conſtat, ea nunc penitus intercidit; niſi forte Tile oppidum Ducis Gelriæ antiquis fuiſſe Batavodurum vocatum credamus Hinc non magno intervallo Moſa in Vachalim exonerat: moxque Vachalis ipſe, abſorpta Moſa, nomen ſuum amittens: aſſumptoque Moſæ nomine, idipſum in Oceanum vſque ſervat. Quam rem C. Tacitus diligenter animadvertit, quanquam experientia nos id multò clarius docuit. Habuit his in locis C. Cæſar cum Germanis memorabilem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

rabilem conflictum. Quondam autem propria gens hanc incoluit regionem, qui Eruli in quibuſdam libris, aliter autem Eruſii ſcribuntur, authores ſunt Tacitus, Ptolomæus; & Marcellinus. Fuerunt his etiam contigui Betaſii, quorum ſedes non longè à Buſcoducis, & ea parte Brabantiæ fuiſſe ſuſpicor, quæ hodie à Paludibus dicitur Peelant, ac ſi Paluſtrem terram voces.

Habes itaque Rheni in citeriori Germania ripam expeditam vſque in Oceanum noſtrum. Mediterranearum autē gentium ſitus iam partim in ſuperioribus explicatus eſt: Verùm eundum nunc paulo copioſius ab Oceano vſq; ad Trevirorum gentem.

Inter Batavos itaque citeriores & Menapios Betaſii fuere, & Eruli ſive Eruſii. ac iuxta quorundam ſententiam Gugerni atque Calciaci. Menapii autem deinde omnem quidem mediterraneam partem vſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

ad Vbios, & Treviros, qui illis à Meridie expoſiti erant, poſſedere, ab Occidente autem Eburones & Atuaticos, atque Tungros contingebant, à Septentrione Batavos atque Betaſios; Orientem fluvius vbique excipit Rhenus. Fuit itaque Menapiorum, quicquid hodie terrarum inter Noviomagum & Traiectum ſuperius continetur, rurſus vſque ad ſylvam Arduennam in Meridiem excurrendo, hoc eſt, pars aliqua Brabantiæ, totus Ducatus Gelriæ ſuperior, Ducatus Iuliacenſis, magna pars Ducatus Limburgenſis, & Falckenburgenſe dominium, pars etiam ſylvæ Arduennæ. Mirari cogor, quomodo Menapiorum termini vſque adeo producti fuiſſe legantur, vt oppidum eorum præcipuum Caſtellum conſtanter ab omnibus adſeratur, quod inter Morinos & Nervios erat, non longè à Tornaco civitate. Verùm hanc cauſam ego coniicio, quod Menapii origine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Tranſrhenani, reliquis ferociores fuerint, vnde paulatim vicinis gentibus per irruptiones continuas, partem aliquam terrarum abſtulerint, donec ad ipſos vſque Nervios pervaſere. Inter ipſos tamen Menapios, Eburones & Condruſii medii fuere, ſed parva freti potentia, cum Eburones & C. Cæſar ob interfectos Legatos ad internecionem pene deleverit, vnde poſtmodum Clientes Trevirorum a C. Tacito vocantur. Condruſii autem olim ſub Eburonibus fuere parui nominis populus, eoque facilius Menapiis licuit fines patrios ampliare. De Paludibus Menapiorum apud Cæſarem atque Tacitum frequens fit mentio, quas etiam noſtris temporibus reperire licet vaſtiſſimas. Nam poſt Aquiſgrani civitatem contra meridiem, palus prope invia comperitur, vulgo *Das hohe phenne*, id eſt, alta Palus dicta, hæc in ſylva Arduenna ſita eſt: proinde in parte Ducatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Gelriæ ſuperiori permultæ paludes habẽtur,non longè ab oppido Venlo & Gelre,ac etiam in Dioeceſi Colonienſi apud oppidum Kempenſe, quæ omnia Menapiorum quondam ſuberant ditioni. Author eſt Tacitus Menapios vtramque Moſæ ripam incoluiſſe, vnde & Atuaticis coniunctos fuiſſe certum videtur: Atuaticos autem eſſe, qui hodie Brabanti & Campani vocantur,mea quidem fert ſententia: Hi à Morinis Schaldi fluvio diſcluduntur.Morinos eſſe Flandros extra omnem controverſiam eſt. Eorum civitas Tervana vocatur proxima Tornaco, vbi Nervii initium habent, potentiſſima quondam Belgarum gens; ad quos pertinere, qui hodie Hagoji vocantur, vnà cum Namurcenſi comitatu, ac parte Artheſii valde ſuſpicor. Contiguos habent Atrebates ab Occidente, atque etiam Samarobrinos, qui hodie Picardiæ pars ſunt, & ad Celticam fere pertinent.

tinent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

tinent. Arduennæ ſaltus latiſſimus fuit, quare partim in Celtica, partim in Belgica conſtituendus fuit; is variis gentibus habitatus legitur. In Belgica quippe partim tenuerunt Nervii, partim Eburones, Condruſii, Atuatici, Tungri, Menapii : ſed plus reliquis Treviri, qui totam vſque in Vogeſum Arduennam habitarunt; hæc ea parte qua patriam reſpicit Iuliacenſem, nunc Eyfflia vocatur, Francorum temporibus ſylva Carbonaria, pars Auſtraſiæ dicebatur. Patria quidem ſylveſtris & aſpera, ſed quam multi Nobiles incolunt. Libet obiter hîc mentionem facere Ripuariorum, quorum licet nomen adeo vetuſtum non ſit, vt a Cæſare, Tacito, Ptolomæo, atque Strabone celebratum comperiatur, tamen apud poſteriores frequentiſſimam fieri Ripuariorum mentionem videre in promptu eſt. vnde de huius gentis ſitu nonnihil dicere conſtituo, præſertim cum videam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

doctiſſimos viros hic aliquando ſudaſſe. Sunt autem Ripuarii meo iudicio, qui inter Rhenum, Moſam, & Moſellam habitant, a trium fluminum ripis ſic appellati. Nam poſt tot continuas Barbarorum in Galliam incurſiones, veterum gentium vocabula paulatim periiſſe, ac pro ratione temporis nova fuiſſe indita videmus. Vbi enim Burgundiones, Alemannos, Lotharingos, Auſtraſios, Francos, VVeſtphalos, Nordmannos atque huius generis innumera vocabula apud vetuſtiores Hiſtoricos reperies? Quapropter ſic etiam de Ripuariis ſuſpicari licet, quorum nomen poſterioribus ſeculis clarum fuit ob ſocietatem cum Francis initam: Nam iiſdem ferè quibus Franci legibus & pari libertate fruebantur. Extat hodie Ripuariorum Lex quæ huic genti propria erat, a Lege Salica non admodum diſcrepans, qua videlicet Franci vtebantur. Diligenter itaque per-

pendenti, apud Confluentes Moſellæ atque Rheni, triangularis figuræ initium apparebit, quæ paulatim ampliata, tandem à Moſa fluvio pene clauditur, atque totum illud intermedium ſpacium Ripuaria dicebatur. Cœperunt autem Franci, poſtquam Galliis ſubactis ibidem ſedem regni conſtituiſſent, Gallicam quoque linguam vſurpare: cuius rei etiamnum permulta extant veſtigia: Rivus autem à Gallis *Riviere* dicitur, quæ vox penè in Germanicam abiit, & *Rivierer* noſtro quoque vernaculo rectè dicuntur qui penes fluvium habitant. Hos ergo Ripuarios dixerunt, quod trium fluminum ripis clauderentur. Non ſum tamen neſcius vltra Moſellam etiam Ripuarios conſediſſe: quemadmodum olim Menapii ſuos fines etiam vltra Eburones & Tungros produxerunt, & Trevirorum ditioni Eburones tandem ſubiecti fuere, ſi Cor. Tacito creditur: ſic

Vbii ante Tranſrhenani, mox inter Belgas ſunt numerati. Nulli igitur mirum videri debet, ſi Ripuarii fines ſuos trans Moſellam ampliarint, qui ex variis circumquaque gentibus fœderatis vnam fecere provinciam, eamque novo vocabulo Ripuariam maluerunt appellare, quam priſca gentium nomina retinere. Totus autem ille tractus qui ſupra confluentes eſt Moguntiam verſus vſque ad Navam fluvium, etiam Ripuariorum fuit, vbi Bavariæ Duces provinciam tenent quæ vulgo, *Der huntz rugghe* dicitur ab aſperitate ſoli, quanquam alii ab Hunis deducere maluerunt. Fuerunt autem Ripuarii inter Francos numerati, & ipſi liberi penitus quemadmodum & Franci: idque nulli alteri nationi obtigit: vnde veriſimile fit eos à principio Francorum fuiſſe adiutores, cum hi ex Germania in Gallias contenderent: fecit & vicinia loci vt fortaſſis arctiorem amicitiam inter ſe fir-

ſe firmarent. Nam prima Francorum ſedes Sycambria fuit, quæ è regione Vbiorum atque Menapiorum à Ptolomæo, Tacito, Strabone, ac reliquis Scriptoribus manifeſtè conſtituta legitur; quem hodie ſitum Ducatus Montenſis obtinere videtur. Cùm autem Menapii, Vbii, & Eburones etiam origine Tranſrhenani eſſent, quemadmodum Tacitus author eſt, facile inter pares amicitia conciliari potuit, vt inviſam Gallorum gentem bello ſibi ſubiugarent, & Romanos ſibi infenſiſſimos è tota ſimul Germania atque Gallia expellerent. Nam apud Tacitum legimus, cum Civilis & Tutor cum Germanis Agrippinam obſiderent, expugnata Gelduba, atque Noveſio, quàm facilè à Romanis animos avertêre Belgicæ gentes, & Vbii ipſi, quanquam Romanis maximè fidi; vbi intelligerent de Germanorum gloria & Romanis expellendis bellum ſumptum fuiſſe. Hæc igitur mea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

eſt de Ripuariis opinio. Si quis verò aliter ſenſerit, huic per me liberum eſt. Nam de tam vetuſtis rebus cuiq; permittere volo, vt ſuum proferat iudicium.

Pervagata in tranſcurſu Gallia Belgica, nunc etiam breviter gentes Germaniæ, quæ alteram Rheni ripam olim habitarunt ex ordine diſponere curabo. Verùm non ſemper ad Mediterranea tranſire animus mihi eſt, ne ſi longinqua & penè incognita ſumam, communi errore cum multis involvar: vnde ſecundum fluminis rectum curſum, quicquid gentium olim reſedit, commemorabo; reliquas autem aliis deſcribendas relinquam.

In primis verò operæpretium eſt ſcire quod apud Cæſarem, Ptolomæum, & Strabonem, non niſi duo Oſtia Rheni comperiantur, quorum alterum nomen Rheni ſervat, alterum Vachalis dicitur, & ab his duobus inſula conſtituitur à Scriptori-

bus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

bus maximè celebrata, in qua Batavi conſedere, quorum fines vſque ad Oceanum protendebantur. Non longè autem ab eo loco vbi initium Inſulæ naſcitur, etiam Moſa in Vachalim exonerat. Fuit igitur ſub Batavorum ditione pars illa Belgicæ quæ ſecus Rhenum eſt è regione Inſulæ, vbi initium triangularis figuræ Moſæ influxus conſtituit. Hodie nomen vetuſtum pars Inſulæ retinuit, quæ ſub Gelrii Ducis nunc poteſtate manet vulgo Betau dicta. Spectat & bona pars Hollandiæ ad inſulam Batavorum. Fecit loci ſitus, & fluminum vaſtitas hanc Inſulam Romanis formidabilem. Solus Tacitus inter vetuſtiores Hiſtoricos Canenefatum inſulam videtur recte deſcripſiſſe. Verùm tertium Rheni Oſtium quo videlicet Inſula ea conſtituatur, non commemoravit. Et profecto mirum videri poteſt, Romanos alioqui diligentiſſimos, tam famoſum & ingens Rheni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

oſtium vel ignoraſſe, vel ſubticuiſſe. Hoc itaque magni argumenti loco mihi fuerit illos penitiora Germaniæ nunquam bello attigiſſe. Solus verò Ptolomęus tertii Oſtii mentionem quidem fecit, ſed abſque omni prorſus loci aut ſitus deſcriptione. Eſt igitur Inſula Canenefatum, quæ ſita eſt inter Oſtium illud Rheni, quod Rheni nomen retinet, & tertium illud Romanis ignotum, quod hodie Iſſela vocatur. Dividitur autem ab altero ſub Arnemenſi civitate Gelriæ, & fluit contra Friſios, ac in Oceanum vſque protenditur, multis hodie civitatibus inſigne. Extra Canenefatum in ipſo Oceani litore Camanni olim exceperunt, gens inter Friſios & Canenefatęs ſita, quæ poſtea à Friſiis in ſervitutem redacta, in Friſiorum nomen abiit. Hi civitatem habuerunt à Romanis Navalia dictam, quidam hodie Campen ſuſpicantur. Apud Marcellinum leguntur Camanni in Belgicâ conſe-

conſediſſe circa fines Menapiorum: ſed hi proculdubio ex Tranſrhenanis iſtis fuere deducti, vt omnes ferè reliquæ Belgicæ gentes è Tranſrhenanis originem habuere. Et fortaſſe a Friſiis pulſi Camanni in citeriorem Germaniam tranſmigrare coacti ſunt. Iuxta Camannos Strabo atque Tacitus Tuenterorum, ſive vt alii legere malunt, Teventerorum gentem poſuere, vbi hodie Deventer oppidum ſitum eſt, quod & ipſum aliquo pacto ad Tuenterorum nomen alludit. Sed hos modica, vt opinor, potentia fretos Bructeri ſub ſe habuerunt. Nam Bructerorum olim ſatis ampla ditio erat, quos corruptè apud Ptolomæum Buſacteros legi putaverim. Nam ex Cæſaris & C. Taciti authoritate Bructeros aſſerimus eam regionem incoluiſſe, quam Ptolomæus aſſignat Buſacteris: Buſacterorum quoque vocabulum neque à Cæſare, neque à Tacito proditum
comperi.

comperi. Horum qui Maiores dicti fuere, à Camannis & Friſiis vſque ad Vſipios ſecus flumen protendebantur: in quorum ſtatim exortu Ptolomæus Vidrum fluvium oriri ſcribit. Nos autem initium Bructerorum ſuperiori parti Traiectenſis diœceſis adſignantes, vbi Suolla & Haſſel oppida ſita conſpiciuntur, reperimus noſtro ſeculo flumen præterlabi, quod vulgo Nigrum appellatur. Nam ex paludibus oritur, & ob id ſplendorem, vt alia flumina minimè oſtentat. Sunt & Bructeri Minores, qui ad mediterranea ſpectant, & in Orientem Chaucos habent Minores, in Meridiem verò Suevos Angilos. Inter Bructeros atque Sycambros quondam Vſipetes, Marſarii, & Menapii Tranſrhenani habitaſſe leguntur. Quod autem poſt Bructeros quidam mox Sycambros conſtituêre, fecit potentia Sycambrorum atque Bructerorum qui ignobiliores illas gentes pauſatim

ſibi ſubiugarunt. Vſipetum quidem Ptolomæus hoc loco meminit, Menapiorum C. Cæſar & Tacitus, Marſarios idem Tacitus in hac ſerie gentium diſpoſuiſſe videtur , eoſque à Plinio Marſos fuiſſe vocatos comperio , magni aliquando nominis gentem. Verùm totum hunc tractum poſtea Bructeris atque Sycambris ceſſiſſe , vſque ad Lupiam , hoc eſt, ad Sycambrorum fines, mea fert opinio. Sycambri inter reliquas Germaniæ gentes, Hiſtoriographorum atque Poëtarum teſtimoniis celebrati , à Dupia fluvio , vbi is in Rhenum devolvitur , vſq; ad Vbios Tranſrhenanos protendebantur. His præcipua ferocitas , & bellandi præ cæteris Germanis ſtudium inerat : vnde perpetuis incurſionibus Gallias moleſtabant. Qua de cauſa, pacato iam orbe terrarum , aliquamdiu portas Iani claudere non poterat Octavianus Auguſtus, quod intellexiſſet Sycambros adhuc Galliis infeſtos

feſtos eſſe. Movit ea res Octavianum (ſicut Suetonius refert) vt propria expeditione Sycambricum bellum adſumeret, quo brevi confecto, quadraginta milia Sycambrorum tranſtuliſſe fertur in citeriorem Rheni ripam, eiſque ſedes ibidem conſtituiſſe. Hanc rem aliâs latius proſequutus ſum, cum in Caroli magni vitam adnotationes ſcriberem, atque ibidem confutari fabuloſas Francorum hiſtorias, quorum primus author Humoldus fuit, qui a Troianis veniſſe Francos, vt mentiri liberius poſſit, neſcio quam Sycambriam civitatem a Francis conſtructam in Scythia nugatur, deinde ipſos mutato vocabulo nomen retinuiſſe civitatis, atque aliquamdiu in Germania conſediſſe fatetur. Quæ omnia, vt ſunt per ſe futilia, ſic nullius vnquam Hiſtoriæ teſtimonio comprobari poterunt. Quis enim Hectoris filium Franconem apud vllum Græcorum, aut etiam Latinorum legit?

Quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Quis Sycambriam in Scythia civitatem ab vllo Geographorum proditam meminit? Omnes igitur qui huius Humoldi nugamenta ſecuti fuere, mihi parvo iudicio præditi fuiſſe videntur. Quanquam vir alioqui doctus Robertus Gaguinus in eandem ſeſe naſſam pertrahi quoque paſſus ſit. De Gregorio Turonenſi non valde miror, vt qui non admodum doctus fuerit, eoque ſeculo natus, quo bonæ artes penè perierant: his tamen velut anteſignanis innituntur Galli, cum Francos à Troianorum relliquiis deducere volunt, vt videlicet Germanicam originem poſſint obſcurare, quando illis (Plinio teſte) innatum erga Germanos odium inſitum ſit. Verum Cor. Tacitus his facilè ora occludet, qui Germanos omnes fatetur indigenas ſemper fuiſſe, eoque fortaſſe feliciores, quod in ſua ſemper patria coaluerint, non ex aliarum gentium fæce propagati. Nos itaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Francos conſtanter aſſerimus antiquis Sycambros fuiſſe vocatos, Germanos autem Tranſrhenanos primum, deinde ab Octaviano partim tranſlatos in Belgicam, paulatim innata ferocitate ſua, magnam Germaniæ atque Galliæ partem Romanis abſtuliſſe. Quare autem Francorum nomen adſumpſerint, non facile adſeverari poteſt. Sunt tamen qui id à Rege quodam bellicoſiſſimo veniſſe putent. Comperi autem in ipſorum hiſtoriis & annalibus primùm adiutos à diverſis Germaniæ populis. Nam cum Chlodomirus totam ferè Celticam Romanis eripuiſſet, in ſociis habuiſſe legitur Alemannos, Suevos, Saxones, Ripuarios, Batavos, atque alios quos brevitatis cauſa omitto. Sic etiam Chlodoveus habuit, qui totam Galliam atque Germaniam penitus Romanis abſtulit, & Germanici, hoc eſt, Francici iuris fecit. Fuere etiam Gothorum ſæpius adiutores Franci, & Ripuarii,

puarii, vnde à Gothis viciſſim adiutos crediderim, eoque facilius è Galliis tandem excludi potuere Romani. Videmus itaque perſpicuè, quo pacto gentium prædones, & vt ita dicam Tyrannos orbis terrarum Romanos, divina iuſtitia tandem mulctaverit: Non illis Italia totius Europæ florentiſſima provincia ſufficiebat, non Illyricum, non Dalmatia, non Inſulæ maris Tyrrheni, quæ quidem omnia iamdudum conſenſu quodam orbis cum pace poſſedere, & his frui citra contradictionem poterant. Verum inſatiabilis & execranda cupiditas in immenſum eos avaritiæ pelagus protraxit. Ideo cum tempus adveniſſet vltionis divinæ ex abſcondito quodam orbis angulo, vbi putabatur vaſtitas quædam eſſe terrarum, incolis carens, tantumque feris habitata beſtiis, vno momento, tanta hominum invndatio prorupit, quæ totum orbem opplere poſſe videretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Tum ſtatim à Gothis ablata Romanis omnis ferè Græcia, inſuper Italia & Hiſpania, à Bulgaris Dacia atque Myſia, à Vandalis tota Africa, à Francis Germania & Gallia, à Saxonibus Britannia, à Sclavis Sarmatia, Dalmatia, Illyricum, nec multò poſt à Sarracenis Aegyptus, Arabia, Syria, Chaldæa, à Tartaris Armenia, Hircania, Colchis, & quicquid ad mare Caſpium & Hircanum ſpacii interiacet: a Turcis vniverſa minor Aſia, cum Cappadocia, Ponto, Bithinia & reliquis ad Perſarum vſque terminos Aſiæ provinciis, a Perſis quicquid in Indiam vſque porrigitur. Hæc prolixius fortaſſe, quam oportuerit interloqui me Francorum incidēs mentio coëgit. Libenter enim gentis illius meminiſſe ſoleo, quæ toti proculdubio Germaniæ ornamento ſæpius fuit. Sed iam ad Sycambros revertar. In horum hodie tractu VVeſalia, Ducatus Clivenſis civitas eſt, ad

cuius mœnia Lupia Rheno coniungitur. Hanc Caroli magni temporibus Lupiæmundam vocatam comperi, quemadmodum, & Angremunda, Ruremunda quoque dicuntur: Nam Oſtium hoc modo Germani ſoliti ſunt appellare. Inde non longè Teutoburgũ ſitum erat, vbi Cæſar cum Germanis conflixit, hodie Deuſburg vocari putamus: vrbs eſt iuſtæ magnitudinis, vetuſtatis etiam nonnihil præ ſe ferens; habet etiamnum ſylvam ingentem, quæ a civitate nomen ſervat, quemadmodum olim Teutoburgenſis ſaltus non longe à Rheno fuiſſe deſcribitur, vbi Arminius Germanorum Dux Quintilium Varum cum duabus legionibus interfecit, ſignaque Romana ſub terram defodit, quam Hiſtoriam Tacitus latius proſequitur. Eſt & hinc non longè oppidum vulgò Dinſlaken appellatum, quod nos Martis Lacum interpretamur: Nam & Martis diem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Dinſdach vocaverunt, quoniam *dinghen* noſtro vernaculo ſermone litigare ſignificat. Ergo Dinſdagh, litis ſive diſcordię dies, quod proprium Martis epitheton fuit, rectè appellatur. Coluiſſe autem Martem Germanos Tacitus & Plinius authores ſunt. Sed hæc ad aliud tempus reſervare placet. Totus itaque Ducatus Montenſis, ac pars VVeſtphaliæ verſus Orientem, ſub Sycambrorum ditione fuit: Vbii autem Tranſrhenani a Sycambris, vt ſuſpicor, ſæpè bello moleſtati, in Belgicam idcirco ſeſe tranſtulerunt: quare hæc etiam ad Sycambrorum ditionem adiecta fortaſſe. Ptolomæus conſequenter Suevos, Longobardos ex ordine ponit, fortaſſe montes eos incolentes, qui hodie *Weſterwald*, hoc eſt, ſylva occidua appellantur, quibus ad latus Oquedi VVeterreicher, & Helvii vſque ad Moguntiæ tractum, ſecuſq; Mœnum fluvium ad Francfordiam vſ-

que habitantes: de quibus tamen nihil certi niſi per coniecturas adſequi poſſumus. Hic igitur inferiorem Germaniam terminari trans Rhenum exiſtimo, quare & progrediendi finem faciam, ne mihi aliena ſumere videar. Sed quia ad inferiorem adhuc Germaniam nonnullæ ex Mediterraneis gentibus ſpectare videntur, breviter earum explicabo ſitum. Friſii ab oſtio Rheni, quo Canenefatum inſula clauditur, initium ſumunt. Hi in Orientem, quicquid circa Oceanum terrarum fuit, vſque ad Amuſium flumen occupabant, qui etiam hodie ad Friſios pertinent: Trans Amuſium verò Ptolomæus Chaucos minores conſedere ſcribit. Sed quoniam Friſiorum potentia præcipua fuit, eos conſtat terminos ſuos longè trans Amuſium flumen protuliſſe: Nam nunc Friſia ferè producitur ab Amuſio vſque Viſurgim non longè ab oppido Bremenſi; ſic in Hiſtoria

Francorum legimus eoſdem Friſios etiam trans Rhenum ſuæ ditioni ſubdidiſſe, quicquid hodie ad Traiectum & Hollandiam ſpectat, eoſque Friſios Occidentales vocatos Francorum hiſtoria teſtatur. Vbi igitur olim Chauci minores habitabant, poſtea Friſii ſucceſſere, aut ſaltem à ſuo nomine Chaucorum quoque regionem denominaverunt. In Meridiem verò ad Bructerorum fines, Friſii pertingere mihi videntur, qua parte hodie Monaſterienſis Epiſcopatus Friſiis coniungitur, & Emſlandt ab Amuſio fluvio vocatur. Iam Bructeros ab Oriente Angrivarii occurrunt, & ipſi inter Amuſium atque Viſurgim conſtituti, remotiores tamen ab Amuſio, quàm Bructeri illi maiores, vnde ſuperiorem partem Monaſterienſis diœceſis, cum eo tractu VVeſtphaliæ qui ad Archiepiſcopum Colonienſi pertinens ſuſpicamur. Sunt hîc reliquiæ nomine Angrivariorum, ſive malis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Angrariorum. Hodie Archiepiſc. Colon. ſe Ducem Angrariæ ſcribit, & vicus ſupereſt Engeren dictus; vnde fama eſt hunc adhuc titulum reſtare. Narrat quoque Tacitus Druſo in Cheruſcos pergenti, cùm caſtra haberet inter fluvios Amuſium & Viſurgim, ſtatim Angrivarios à tergo defectionem feciſſe; ex quo loco non obſcurè ſitus is Angrivariorum, quam modo deſcripſimus, cognoſci poteſt. Ex his etiam colligitur inter Angrivarios, & Cheruſcos Viſurgim terminum fuiſſe. vbi enim hodie Mindum oppidum conſtitutum eſt, initium habuiſſe Cheruſcos aſſero: Sunt autem Taciti verba hæc. Inter Romanos & Cheruſcos Viſurgis fluvius erat & vnde conſtat Cheruſcos vltra Viſurgim habitaſſe, Angrivarios autem citra. Poſt Cheruſcos autem Chatti minores verſus Orientem vſque ad Albim fuere, habentes à Septentrione Chaucos, à Meridie, partem vi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

delicet Haſſiæ, quæ ad Saxoniam reſpicit, & Brunſuig: Ducatus partem, tum etiam tractus qui hodie *Hartz* appellatur, multorum Comitum ditione nobilitatus.

Iam verò ſatis remotè à Rheno digreſſi, quo voluntati tuæ faceremus ſatis, hoc noſtrum qualecunque iudicium de rebus penè obſoletis tulimus. Quod ſi ſcopum ipſum (vt in his rebus hallucinari difficile non eſt) minimè attigerimus, tuarum partium erit, non criticum, ſed patronum agere: Quamvis non admodum magnum piaculum fuerit, ſi quis hîc non adſequatur quod cupiat. Qui autem pertinaciter ſua defendere nituntur, vel cum aliorum iniuria, hos ego iure reprehendendos exiſtimo. Vale.

FINIS.

IACOBI CLVSI
Medicinæ Doctoris
AD
Clariſsimum præſtantiſsimumq́;
Philologum & Polyhiſtorem
DN. IOACHIMVM MORSIVM
Patricium Hamburgenſem,
Epigrammatia aliquot
In obitum
Summi Botanici
CAROLI CLVSI.

HOc ſibi cum nullos ſupereſſe videret in orbe
CLVSIVS ignotos flores, plantamve latentem,
Quid moror in terris? dixit: quid inertia duco
Tempora, naturæ & noſtris inimica camænis?
Præſtat vt Elyſios nova quæſiturus in hortos
Gramina contendam, ac latè per amæna vireta
Seceſſusq́; vagans illic nova balſama mille,
Mille novos avido carpam mihi pollice flores,
Æternum facies quorum ſpirabit odorem:

Vix

Vix ea finierat, tenues vbi vectus in auras
Elyſium petiit celeris nemus alitis inſtar
CLVSIVS, *& mediis ſe protinus abdidit herbis.*

Idem per Dyſtichon.

Non potuit plures hîc quærere CLVSIVS *herbas,*
Ergo novas campis quærit in Elyſiis.

Aliud.

E*Ximii flores, & vos cum floribus herbæ,*
Dædala quas promit divite terra ſinu?
Nunc veſtrum mutate decus, mutate vi-rorem,
Et medicâ careat languidus æger ope:
Occidit heu! veſter myſtes, dilectus alumnus
Occidit, ac Batava contumulatur humo.
Quē ſacer ipſe ſibi deplorat Phœbus ademptum,
Mæſtaq́ flet bifidi turba Novena iugi:
Siccine veſtra potēs herbæ & medicata facultas
Non valuit tanti ſiſtere fata viri?
Ergo ferox in vos etiam mors arma capeßit?
Voſq́ ſuum cogit dura ſubire iugum?
Parcite, vana queror, ſemper revireſcitis herbæ,
Nec veſter totus CLVSIVS *interiit,*
Vivit enim potiore ſui ſuper æthera parte,
Et ſcriptis vivit notus vbiq́ ſuis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

CLVSIA tamq́ diu prælustris fama vigebit,
Quamdiu amœna ſuas FLORA retexet opes.

Eiuſdem Epitaphion.

Omnia naturæ qui munera pectore CLVSIT
CLVSIVS, herbifero clauditur hoc tumulo.

ALIVD
GERBRANDI HAIONIS FRIES Med. Doctoris.

Qualis ab incenſo tranabat nubila buſto,
Corpore multiplici, iam nova Memnon avis.
Talis ab igne rogi petit aurea ſydera, MAGNVS
Per varios fœtus, CLVSIVS, ingenii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

In Honorem Clariſſ. Doctiſſimique Viri

Dn. CAROLI CLVSII.

HOrrida Virgilii reſonat cava buccina bella,
Ducit & in Tyrios arma virumq; thoros,
In nova mutatas decantat corpora formas
Naſo, atq; in medio ducit Amore moras,
Paſſeris exequias docto canit ore Catullus,
Flaccus Pindaricos dividit arte modos,
Denique divinos celebrat ſua Muſa poëtas,
Noſter in exiguo pulvere currit equus;
Si mihi Caſtalio riſiſſet Phœbus in antro,
Noſtraq; Gorgoneis labra rigaſſet aquis,
Non tibi donarem quas Lydius amnis arenas
Quasq; vehit flavi lympha ſuperba Tagi,
Non etiam uberibus quidquid ſibi colligit arvis
Medus, & aßiduo ſole peruſtus Arabs,
Nec tibi donarem Babilonis picta ſuperbæ
Texta Semiramiâ quæ variantur acu,
Non varias herbas, non qualia ab orbe remoto
Balſama per ſalſas navita vectat aquas.

Te ſo-

Te ſolùm noſtro celebrarem carmine CLVSI,
Nec noſtros humeros dulce gravaret onus;
Nam canerē longam generoſo à ſtēmate gētem,
Quæ fuerit vitæ fons & origo tuæ,
Nobilium pictos proävorum ex ordine vultus,
Veſtra quibus fulgent atria concinerem;
Deinde tibi notas celebrarem Carmine ſphæras,
Primum cæleſtis nobile molis opus,
Quæve ſit auricomi naſcendi cauſa Cometæ,
Unde habeat liquidas diſcolor Iris aquas:
Cur reboent miſtis horrenda tonitrua flammis,
Et quæ ſit venti cauſa & origo feri,
Cur ſol non æquâ metiatur lampade cœlum,
Cur non ipſa ſuo lumine luna micet;
Sic ipſas animo nubes & ſidera vincis,
Et ſunt ingenio cuncta minora tuo;
Felix: cui fas eſt cæleſtia regna ſubire,
Quæ tamen ô vtinam non niſi ſero petas;
Deinde ego terreſtrē recitarē carmine ſphæram,
Shæram pervigili quam quoque mente tenes.
Nam canerem tellus cingatur vt vndique cælo,
Seque ſuo tantum pondere libret onus,
Et quare aßiduas ſic evomat Aetna favillas,
Cur vomat abſorptas vaſta Charybdis aquas;
Præcipuè verò, quoque vno nomine dignus
Eſſe queas, cuius fama per aſtra volet,
Nulla quòd extremo progignitur herbula mūdo,
Qua Phaëtontæos orbita duxit equos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Quam non ingenium veſtrum ſcrutetur, & inde
Noverit ægrotis ferre ſalutis opem,
Quas te diverſos ſemper quæſiſſe per agros,
Viſus & inceſſu pæne probare tuo.
Salve ergo, venerande ſenex, & dotibus iſtis
Sic pergas patriam condecorare tuam:
Dignus es Euboicæ numerũ tranſcendere arenæ,
Cuique colum lento turbine Parca neat;
Sume tamen tenui deductum hoc pollice carmen,
Quo te opto longâ poſſe ſalute frui;
Quoq; ago pro tantis grates ex ordine donis,
Reddoq; diſparibus munera muneribus.
Sed ſat erit placido te nos admittere vultu,
Et mea ſi lætâ carmina mente legas.

Obſervantiæ cauſa ſcribebam

IOANNES CVNGNET.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 O 25